



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Flori locus, aliter ac Vulgo fit, exponitur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

sacra fecisse. Exhibuit nummos
 Guilhelmus Choulius, qui Religio-
 nem veterum Romanorum sermone
 Gallico descripsit, unum Lucillæ
 alterum Faustinae, in quibus visun-
 tur Virgines Vestales sacra fa-
 cientes, qualem etiam dedit vir
 omni elegantis doctrinae genere
 politissimus, meus, quod mihi
 duco gloriae, quondam doctor, Jo-
 hannes Georgius Grævius, qui ex
 Nummis & monumentis antiquis
 Florum illustravit, ex quibus licet
 non evidenter videri possit an sacra
 sua peregerint nudipedes, colli-
 gere tamen est proclivius eas nudo
 pede non sacrificasse. De Vestæ
 Æde quidem Ovidius canit:

*Huc pede matronam nudo discurrere
 vidi,*

sed id ad certum religionis aut su-
 perstitionis ritum referendum est.
 Quare Virgines è sacerdotio Vestæ,
 non quod alias solerent esse nudi-
 pedes, aut nudis pedibus sacrifi-
 carent, sed ob luctum & summum
 periculum, quod à Gallis urbi
 imminabat, qui fuso exercitu jam
 mænibus appropinquabant, *nudo*
 N 4. *pede.*

Græv. ad
 Flor.
 pag. 10.

Ovid.
 Fast. 4.

pede fugientia sacra comitasse videntur, plane uti olivarum montem rex David discalceatus ascendit.

Mich. i. 8.

III. Si sequeremur Græcos interpretes aliud exemplum de nudis pedibus ob luctum publicum occurreret apud Micheam. Commemorat Propheta Dei iudicia quæ Samariæ imminebant, ac propterea se plangere, & ejulare, & ambulare vestibus laceris & nudum dixit. Sed hunc locum Græci reddiderunt: Ενεκεν τῆς κόψεται, καὶ Ἰερηνός, πορεύσεται ἀνυπόδητος καὶ γυμνός. Pro Ἰηρω, quod in Hebræo est, & spoliatum notat, habent Græci ἀνυπόδητος. Ad quæ verba Cyrillus Η' ἡ γυμνότης, καὶ ἀνυποδησία τὸ τῶν αἰχμησάτων χημὸς δεικνύει: Nuditas autem & discalceatio captivorum habitum designat. Sed duo in hoc loco Græci interpretes peccarunt. Nam & verba hæc referunt ad Samariam, quasi ea plangeret, & ejularet, & incederet nuda, cum tamen verba sint Prophetæ, qui hæc commemorat de se ipso: & Hebræam vocem Ἰηρω non recte vertunt ἀνυπόδητος, cum proprie notet spoliatum, ac de